

an diesen brieff lazen hengen, der gegeben ist zu Lipczk an vnsir frouwen tage den man nennet wurzewihe nach Crists gebort driczenhundert vnde yn dem nuynzigesten iaren.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem wohl erhaltenen Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 164. 1391. 4. März.

Probst Nicolaus und der Convent treffen Anordnungen über Begehung der Jahrgedächtnisse des Johannes Wilkyn, seines Bruders Conrad gen. Smalkald und des verstorbenen Sohnes des letztern Johannes, eines Angehörigen des Klosters.

Nos Nicolaus dei gratia praepositus, Johannes prior totusque conventus canonicorum regularium ordinis sancti Augustini monasterii sancti Thomae apostoli in Lipczk publice recognoscimus —, quod — de dotatione ac donatione illustris principis et domini domini Wilhelmi marchionis Myssnensis, quam ex speciali gratia titulo proprietatis ac pleno iure in villa Holzhuzen nostro monasterio, nobis ac nostris successoribus gratiose contulit, tres sexagenas annuorum reddituum ratione testamenti per Johannem dictum Wilkyn^{a)} felicitis memoriae nobis ob salutem et remedium animae suae suorumque progenitorum delegati perpetuis tollendas temporibus totaliter ad nostri ordinis conventum duximus ordinandas, quod prior nostri conventus et monasterii dictas tres sexagenas singulis annis de redditibus memoratis tollere debeat ministrandas et distribuendas iuxta formam ac seriem subnotatas. Primo in anniversario memorati Johannis Wilkyn, qui per nos ac nostros successores perpetue singulis annis peragendus est, quinque grossos pro cera ad candelas in vigiliis et missa cremandas tribuat, ipso vero die anniversarii dominos in refectorio praesentes XX^{vi} latis grossis reficiat fercula et refectioes eisdem secundum huiusmodi pecuniae sufficientiam procurando et praesertim cuilibet conventuali unum grossum currentis mone-tae favorabiliter studeat impartiri. Secundis etiam feriis sequentibus quatuor tempora eisdem conventualibus in prandio decem latis grossis provideat modo et forma sicut in praecedentibus est praevisum. In anniversario etiam Conradi dicti Smalkald fratris memorati Johannis Wilkyn, postquam secundum divinae voluntatis dispositionem diem suum clausurum extremum, prior qui tunc pro tempore fuerit conventualibus praesentibus in prandio cum XVIII^o grossis singulis annis serviet ministrando refectioes et fercula modo et forma melioribus quibus poterit secundum dictae pecuniae quantitatem. Insuper in anniversario Johannis filii dicti Conradi Smalkaldin domini ac professi nostri monasterii pia recordationis idem prior nostri monasterii ut diximus XX^{vi} gross. prandium et refectioem conventualibus praesentes existentibus hilariter ministrabit. Residuum vero si quid fuerit prior et conventus ad divini cultus augmentum et communitatis melius dispensent sic ut eis videbitur optimum, praedictis tamen ordinationibus integris manentibus ac illaesis. Et ut haec praesens nostra ordinatio a nobis nostrisque successoribus perpetuis et inviolabiliter observetur

a) Die Ueberschrift zu gegenwärtiger Urk. in Reg. copiar. fol. 252^b nennt den Johannes Wilkyn fistulator domini principis.